Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8261
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Et applicetur vulneri recentior
maxime consolidat Item consolidat
succus eius vulnera fraudulenta
Item educit aquam potenter et provocat
urinam et apit opilaciones splenis
et epatis igitur in ydropisi vz
Item nocet stomacho et si ideo exhibeatur
aliqui detur cum confortativo stomachi
et causat dolorem capitis Item
abscindit libidinem et propter suam
frigiditatem et ciam vz ad removendum
morpheam

Poma sunt fructus noti
inter ipsa magna diver
sitas reperitur. Unde
reperiuntur poma cruda immatura
tura et poma matura dulcia
Poma stiptica et poma acetosa
De Compleccione nota quod omnia
debent esse frigida. Diversitas tamen
est in frigiditate inter ea. Unde dulcia
matura declinat ad caliditatem
stiptica et acetosa ad frigiditatem. et
dulcia sunt satis humida. Nota
sunt mali nutrimenti et poma
dulcia odorifera confortat cor Poma
pontica confortant stomachum ymo stip
ticitate. Et folia pomorum valet
in principio obtalmie. Item
in doloribus oculorum decoquatur
pomum et ex pulpe et lacte mulie
ris fit emplastrum ad mitigandum
dolorem oculorum. Item poma confor
tant appetitum et maxime stip
tica Item usus comestionis pomo
rum est cum nocumento nervorum
et poma acrie sunt citum colorem
poma lemonum sunt parva et re
servantur in aqua maris. et
poma maciana sunt poma sil
vestria

Porrum est res nota et
due sunt species domesti
cum et sìlvestre. Domesticum
appellatur porrum nebati Sed
silvestre appellatur portu vinee Avicenna
dicit quod sit ca in tercio et sit in
secundo. Nota valet contra venenosa
et contra puncturam venenosorum Item
in porro est proprietas ledendi dentes
et gingivas. et dat multum malum
nutrimentum et nocet stomacho. Item
obtenebrat visum et valet ad
subtiliandum materias in pectore ex
istentes. Unde ex succo eius et
melle fit mixtura que subtiliat
materias et facit exscreari qualiter
datur porrum istis humoribus in pec
tore. et mel inducit virtutem
ad pectus Item succus porri mixtus
cum aceto et sale vz in vulneribus
et melle et oleo rosarum iniectus auri
sedat eius dolorem et succus eius
commixtus cum sale vz in vulne
ribus fraudulentis. Unde mundi
ficat et abstergit materias putridas
Item porro incitat libidinem quia
in porro est ventositas quamplurima
et humitas que erigit virga Item
succus eius exhibitus cum granis
mirti contrite prohibet fluxum
sanguinis ex pectore vel si commixtum
fuit cum thure et mumia po
tenter restringit fluxum narium
et emorroydarum Item si succus eius
commisceatur cum sale et applicetur
verrucis deiciant et eradicat
eas. Item nota quod porrum debet de
coqui in duplici aqua que ambe
aque deiciantur et eius partes acu
te et inflative removentur. et
tunc cum sale et oleo condiatur